~~261~~ 260

in defectu inscriptioni p[rae]senti satisfactionib[us] ad solvendum succedendo. Et coram officio p[rae]senti Castrensi Branscensi peremptoria responsione ac satisfactione omnibus contrijs exceptionibus allegationibus motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus alijs in universum iuris cunctis beneficijs et defensis legibusq[ue] impedimentis se et suos successores abdicendo et abrenunciando. Sub amissione sue totius et integre cause. Praesentemq[ue] inscriptionem ex libris actis antedictis acceptam ad acta Terrestia in absentia transferre consensit. Nulla praescriptione Terrestri obstante.

Slawogorskiei Debitum.

Coram officio et actis p[rae]sentibus Castren[sibus] Capitaneal[ibus] Branscen[sibus] personaliter comparens Nobilis Nicolaus olim Josephi Markowski de Markowo magna ad hoc sanus mente et corpore existens a foro suo proprio Terrestri recedendo et huic se incorporando publice libereq[ue] recognovit. Quia Generosae Dorotheae Slawogorska relictae consorti olim Generosi Kazimiri Burzynski et ipsius legitimis successoribus tenetur estq[ue] debitor Summam Ducentorum florenorum polonicalium. Quod quidem debitum idem recognoscens cum suis successoribus de universis bonis memorato creditori suo et in eventu mortis illius successoribus pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime venturo parata pecunia dare solvere reddere aut in actis officij p[rae]sentis reponere et relinquere repositumq[ue] et libere ad se ab officio p[rae]senti non recipere nec modo [illegible] arestare aut [illegible] submittit et inscribit. Sub vadio simili aliorum Ducentorum florenorum polonicalium in defectu pro tempore praefixo summae p[rae]fatae solutionibus solvendum succedendo. Et coram officio p[rae]senti Castrensi Branscensi peremptoria responsione ac satisfactione omnibus contrijs exceptionibus allegationibus [illegible] motionibus ac earum prosequutionibus alijsq[ue] in universum omnibus remedijs et defensis legibusq[ue] impedimentis de jure concessis se et suos successores abdicendo. Sub amissione sue totius c[ause]

260 ad

Christe benigne meum.

Mokrzecki Obligatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Generosa Dorothea Slawogorska consors relicta olim Generosi Casimiri Burzynski sana mente et corpore existens a foro suo proprio iuri et iurisdictioni quavis competenti recedendo. Praesentiaque Castrensi Branscensi foro et iurisdictioni quo ad recognitionem infrascriptam sibi et se cum bonis omnibus ac successoribus suis realiter et effective subijciendo et incorporando publice libereque ac perexpressum recognovit Quia Generoso [illegible] Mokrzecki et ipsius legitimae posteritati Subditum suum Laboriosum Salomonem Sobczyk dictum in villa Kaplany residentem cum uxore pueris pecoribus pecudibus totaque substantia et suppellectili domestica dierum laboribus cunctaque obedientia, zasadzie [illegible] et omnibus in genere ac singulis in specie utilitatibus fructibus proventibus attinentijs nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario nihil iuris dominij proprietatis propinquitatis ac tituli haereditarij sibi et suis successoribus aut alijcuipiam reservando et excipiendo prout eundem solamet tenuit habuit et possidebat in Summa Ducentorum florenorum polonicalium a festo Sanctae Margarethae Virginis et Martyris ad similem festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris et sic consequenter ab anno ad annum usque ad exemptionem et Summae ipsius Ducentorum florenorum polonicalium integram et indivisam exsolutionem obligavit inscripsit et invadiavit. Cuius iam eundem intromissionem realem ... ac pacifica possessione persistendum et [illegible] duos officiose accessandam dat et admittit. Submittitque se eadem ipsa recognoscens cum suis successoribus de universis bonis mobilibus et immobilibus eundem ... suum et eius successores occasione praedicti Subditi ab omni impedimento undique omnium et singularium personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eiusmodi ... defendere evincere eliberare intercedere pacificare et solum tam per ... quam per quasvis submissas et subordinatas personas non ... Sub Vadio simili aliorum Ducentorum florenorum polo...